


dietur stella, nec usq̄ in orbe planetæ circumferentiâ, p̄ quâ repe-  
dare uideretur, inueniemus. Hæc de Venere & Mercurio, q̄ in-  
tra orbē magnū sunt. De cæteris tribus exterioribus eodē mo-  
do demōstrabūtur, ea deniq̄ descriptiōe, mutatis solū nomini-  
bus, ut  $ABC$  orbē magnū terræ ponamus, ac uisus nostri circula-  
tionē, in  $B$  uero stellā, cuius motus in orbe suo minor est quàm  
uisus nostri celeritas in orbe magno. Cæterum procedet de-  
monstratio per omnia quæ prius.

Quomodo tempora, loca, & circumferentiæ regressi-  
onum discernuntur. Cap. XXXVI.

**P**orrò si iam orbis, q̄bus sidera ferunt̄, errātia essent  
homocētri magno orbi, facile cōstarēt quæ demon-  
stratiōes pollicētur, eadē semp̄ existēte ratiōe celeri-  
tatis stellæ ad uisus celeritatē, sed eccētri sunt, & exin-  
de motus secundū apparētiā diuersi. Quā ob causam oportebit  
nos discretos ad æq̄tosq̄ motus ubiq̄ eorū ue-  
locitatis differētiās assumere, eisq̄ in demōstra-  
tiōibus uti, & non simplicibus & æq̄libus, nisi  
circa medias lōgitudines cōtingat esse stellā, u-  
bi solūmodo mediocri motu ferri uideēt in or-  
be suo. Ostēdemus aut̄ hæc Martis exēplo, q̄ re-  
liq̄rū etiā repedatiōes exemplo fiēt apertiores.  
Sit enim orbis magnus  $ABC$ , in q̄ uisus noster  
uersat̄: stella aut̄ in  $B$  signo, unde agat̄ p̄ centrū  
orbis recta linea  $ECD A$ , &  $E F B$ , habueritq̄ di-  
midia  $B F$  ad  $E F$  ratiōē, quā uelocitas stellæ di-  
screta ad uelocitatē uisus, qua stellā supat. Pro-  
positū est nobis cōperire  $F C$  circūferentiā, dimi-  
dię retrocessionis siue  $A B F$ , ut sciamus quantū  
stella destiterit à remotissimo  $A B$ , à loco statio-  
nē faciēs, atq̄ angulū sub  $F B C$  cōprehēsum, ex  
his em̄ tempus & locū talis affectiōis stellæ p̄-  
dicemus. Ponať aut̄ stella circa mediā absida  
eccētri, ubi motus lōgitudinis & anomalix parū differūt ab æq̄-  
libus. Cū igit̄ in stella Martis q̄tenus mediocris eius motus fue-



Z rit pars